nisi fidelibus et optimis amicis qui promerentur
superna illustrari gratia ut non errent in
consilio quorum prouida deuotione
diuina inspirante clementia sepe salubris
consilii botrus carpitur. Absit uero ut crudeles
tyrannos tanquam Infestos dracones bonus
habeat princeps amicos quod pantheris exem
plo animalis astringitur. Siquidem panther
genus quadrupedis est et ut fisci perhibent
omnium animalium amicus excepto dracone.
| Illos itaque amicitiam habeat quos probos
esse cognoscit. Qui sunt autem boni amici nisi
illi qui sunt sci ac uenerabiles non maligni
non furaces non factiosi non callidi non ad
malum consentientes non bonorum inimici
non libidinosi neque crudeles non circumuen
tores sui principis sed sci continentes religiosi.



amatores principis sui. et qui de illo nec
ipsi rident. nec sui esse uolunt. qui
neque mentiuntur. nec fingunt et num
quam decipiunt. sed ueraces. sobrii. pru
dentes. atque in omnibus suo principi fide
les. Talibus itaque personis salua efficitur
res publica: pii que regnatoris fama crescit
et gloria.

VII

Nunc autem ordo exposit. ut de malis etiam prin
cipibus aliqua nos breuiter perstringamus.
Quoniam de bonis quaedam utilia scepseris que rei pub
lice necessaria diximus: ubi primo queritur
que causa etiam ex bonis malos principes faciat
ad quod dicendum. iam primum regalis licentia.
Deinde rerum copia: cum ipsa abundantia rerum
causa malorum fiat. Amici preterea improbi.
satellites detestandi. eunuchi uariissimi.



aulici. uel stulti. uel detestabiles. per quos
 omnes etiam in illo dominatore qui uidebatur
 bonus esse nascitur. obliuio mandatorum dī.
 Postremo quod negari non potest rerum publica
 rum ignorantia. Hinc colligunt se quatuor
 uel quinque atque unum consilium ad decipien
 dum imperatorem seu regem capiunt. dicunt
 quid probandum sit. imperator quidam clausus
 est uera non nouit. Cogitur hoc tantum scire
 quod illi locuntur. facit iudices quos fieri non
 oportet. Amouet a re publica quos debeat
 optinere. Unde etiam bonus et cautus et op
 timus uenditur imperator. qui hoc ipso miser
 efficitur. cum apud ipsum uera reticeantur.
 Hinc sepe tumultuosa Indisciplinatio et li
 cultrix pietas et ueritas opprimitur. Cum mul
 tum derogatio praeualeat. quando derogatores



creduntur fide digni quos gemina pestis cor-
rumpit acerbissima. Amor uidelicet falsitatis.
et odium ueritatis.

VIII **M**odo consequens esse uidetur quatinus de
impiis rectoribus non nulla disseramus. Ut
agnita illorum malitia. et pessimo in hoc secu-
lo sine perpetua quedam natione. qui prudens
est rector. a malis operibus se abstinendo cau-
tior et melior fiat. atque summo benefac-
tori placere magnopere procurret. Quid
sunt autem impii reges nisi maiores terrarum
latrones. feroces ut leones. rabidi sicut ursi.
de quibus scriptum est. leo rugiens et ursus
esuriens. princeps impius super populum
pauperem. Rex siquidem impius tamquam
leoni personam habens ad omne responsum
aceriter uerbum nequam sine prudentium




consilio cum omni malitia profert. Bonos
 humilians. malos exaltans. cuius dies adbre-
 uiantur. et eius memoria cum sonitu peribit.
 Peccauit enim plusquam potuit. Tales itaq;
 sunt amici malorum inimici bonorum. serui
 libidinis et auaritię. serui totius nequitię.
 ministri diaboli. semper laborantes. ac nihil
 facientes. gurgites humani generis miserę.
 pabula aeternę gehennę. ut cedrus subito
 exaltati. sed in profunda tartari mox præcipi-
 tati. Hinc psalmista dicit. Uidi impium
 super exaltatum et eleuatum ut cedrus
 libani. Et transiit et ecce non erat. et que-
 siui eum et non est inuentus locus eius. Florent
 enim sicut holera et foenum agri. quod hodie
 cum speciositate oritur. et in crastino ardescens
 non repperitur. De quibus per prophetam dicitur.



Ipsi regnauerunt et non ex me. Principes exstiterunt et ego ignoravi. Quineque recta et regia uia sciunt seu uolunt Incedere. Sed ad dexteram sinistramque norunt declinare. quibus competit illud quod per esaiam dñs loquitur dicens. Dereliquerunt dñm sabaoth et ambulauerunt per uias distortas. Dolosi in consiliis. atroces et mendosi In uerbis maligni. In operibus quorum finiserit secundum opera eorum. De quibus per eundem prophetam dicitur. Dñs exercituum cogitauit hoc. ut detraheret superbiam omnis gloriæ. et ad ignominiam deduceret omnes Inclitos terræ. Sed et beatus iob. laus inquit impiorum breuis est. et gloria hipocritæ est In star puncti. Haec et enim uita temporalis In comparatione aeternitatis. minimo puncto comparatur. Uae autem illis qui pro paruo puncto presentis felicitatis.

Gray Scale



uendunt aeternam gloriam beatitudinis.
 Quanta uero pereosdem subditos mala uel ipsos
 rectores ultio diuina consequitur. non est nostrae
 facultatis enarrare. sed pauca de multis placet
 in manifestum pro palare. Regis faraonis impie-
 tas. quae excordis duritia inoleuerat. sibi suisque
 aegyptiis. decem plagas intulit. Atque insuper
 rubro mari. tartareiue acherontis imo. ipsum
 suosque submersit. Antiochum et herodem
 ac pontium pilatum quis nesciat quanta destricti
 ludicis ultio pertulit. Quid dicam denerone.
 Igea. et impiissimo iuliano aliisque eorum in
 nequitia consimilibus. nonne omnes cum suis se-
 quacibus post mortem pessimam. os inferni deuo-
 rauit. Sed ut innumeros praeter eam theodoricu
 crudelissimi regis de hoc saeculo exitum infelicem
 explicabo. quicum esset arriani sectator perfidius.



ac bonorum Insecutor xpianorum. Postremo sicut
cuidam scō uiro reuelatum fuerat inter iohan
nem papam. et simmachum patricium discinctus
atque discalciatus. et iunctis manibus deductus
In uulcani ollam iactatus est. Nam quia iohan
nem papam affligendo incustodia occidit.

S ymmachum quoque patricium ferro trucidauit.
ab illis in ignem missus apparuit. quos In hac uita
iniuste iudicauit. O quam destituta et iusta sunt
omnipotentis iudicia. cuius disponente nutu digna
ultio. In mitem secuta est tyrannum. Nam qui seruus
dñi. Iniuste transitoriam mortem intulit. dupli
ci morte corporis et animę lusse disperit.

Quia alios presentis uita spoliauerat. ipse tam mo
mentanea quam aeterna uita. spoliatus fuit.

I dem itaq; geminum pergit ministerium. Nam
sibi gehennę supplicium ubi cruciabitur In scula.

Gray Scale



seculorum. Scis uero supernę glorię palmam
administrauit. Iniuste iudicati sunt. repente
coronati. atque iudices a dño contra crudelem
tirannum transmissi. At uero iniuste iudi
cans. fit subito iudicatus. atq; æternę damna
tionis flāmis addictus. quam re nimis terribile
exemplum pro ponitur. ne terrę potentes seruos
dñi persequantur. quos ualido uirtutis suę bra
chia dñs omnipotens ulciscitur. Sed hæc de repro
bis dicta sunt rectoribus. nunc ad potiora stilo
consequenti transeamus.

VIII **S**eptem speciosiora sunt. alijs creaturis dñi ut sapientes
ferunt. Cælum innubiale quando argenteo
colori mirabili similitudine comparatur. Sol in
uirtute sua quando reciprocis cursibus in splen
dore glorię suę habitatores mundi in lumi
nat. Luna in integritate nudataque facie.



nubibus recedentibus. quando proprio cursu solis
uestigia Inuestigat. Ager fructuosus. quando
diuersis floribus nodisque crispantibus depingitur.
Varietas maris. quando serenitas celi. nubiumque
placidis fluctibus Inlitoribus. personans pulcherr
me ostenditur. chorus iustorum in una fide
habitantium. Rex pacificus in gloria regni sui.
quando in aula regia ostensis muneribus donisque
traditis multa beneficia prestat. Rex etenim
iustus et pacificus leta facie bona diuidit. et unius
cuiusque causam diligenter meditatur et infirmos
et pauperes populi non despicienti. Cum seniorum
et prudentium consilio et iudicio. uera iudicia loquitur.
malos humilians. bonosque exaltans. dies eius cum
gloria extendentur. et eius memoria In aeternum
manebit. princeps pacificus tamquam floridus. et
ferulifolius est. in proximo paradysus et quasi uinea



honestas copiosum abundas fructum omnem asplendo
re conspectus sui conturbans discordiam. qui
dum pacem in aula sue mentis amplectitur. procul
dubio mansionem pręparat xp̄o. quia xp̄e pax est.
et in pace requiescere cupit. porro ubi pax est.
In disputationibus ueritas. et in operibus Inius
ticia Inuenitur. Sicut ergo prouidus guber
nator. procellosi maris pericula aridente tem
poris serenitate euadere nititur. sic rector
pacificus serena mentis tranquillitate. ac pacis
concordia impetus discordiarum sedula deli
beratione compescere meditatur. Quem tri
nam pacis regulam conseruare oportet. Hoc
est supra se. In se. Iuxta se. quia erga dñ. et
In seipso. et circa proximos debet esse pacificus.
Tantum est enim pacis bonum. ut etiam In rebus
terrenis atque mortalibus nihil gratius soleat.



audiri. nihil desiderabilius concupisci. nihil postre-
mo possit melius Inueniri. Fructus autem pacifice
mentis est. erga subiectos. et amicos. benignam
ostendere misericordiam simul et clementiam.
quibus uirtutibus. tam pius regnator quam
eius regnum gloriose conseruatur. Tertante
salemone qui ait. Misericordia et ueritas
custodiunt regem et roborabitur clementia
thronus eius. Non enim quicquam est. quod
bonum rectorem melius populo fauorabilem
atque amabilem commendet quam clementia
et pacifica serenitas. Hæc ut alios causa breui-
tatis omittam. augustum cesarem fecit celeberr-
mum. Hæc antoninos. magnum quoque constan-
tinum. theodosios. cæterosque magnificos prin-
cipes sublimiter beatificauit. Eadem quoque
magnum karolum. Inter cetera uirtutum insignia.

Gray Scale



33
in sacratissimum prae ceteris terrarum principibus
augustum dedicauit. Haec bluduuium piissimū
adornauit imperatorem. Et quid plura referam
certe serenissima pietatis clementia gloriosos prin-
cipes et glorificauit. In terra et consortes scōrum
collocauit. In celo. Quippe ^{qui} cum non solum sua
sed et totos semetipsos omnipotenti dederunt.
Nihil autem abiusto et pio rege donandum est
nisi quod sit beneficium. Beneficium autem
si aliquam mercedis remunerationem. In hoc
saeculo refertur. interit atque finitur. Nec enim
possumus id habere integrum. cuius precium
nobis persolutum est. Unde non tam beneficium
sed potius commercium dicenda est talis largitio.
Danda sunt uero beneficia quae data boni principis
famam. pietatem quae et iustitiam non ledunt.
iuxta dignitates personarum et utilitates rerum.

A



non secundum cupiditates accipientium: qui
facile sibi met denegant: quia quod difficile.
aut impossibile est. improbe. atque atrociter
exposcunt. Unde nerua imperator dicebat.

Amici cum se mereri omnia præsument. si
quicquam non extorserint. atrociores fiunt.
In omnibus itaque largitionibus temperabilis
seruanda est. mensura rectaque. In domino
re. Intentio. ut pro salute rei publice et scilicet
utilitate ecclesiarum proque ecclesiis in deputatione
gloriae. bonis melioribus. optimis cuncta perse
reni principis munificentiam distribuamus.

X Sed inter haec illud quoque sciendum est quoniam
ut sapientes perhibent. sunt octo columnae
quae fortiter regnum iusti regis sustentant.
Prima columna ueritas est. In omnibus rebus
regalibus. Secunda columna patientia In omni



negotio. Tertia largitas in muneribus.
Quarta pericia sibilitas seu affabilitas in uerbis.
Quinta malorum correctio atque contritio.
Sexta bonorum amicitia atque exaltatio.
Septima columna leuitas tributi in populos.
Octaua æquitas iudicii. Interdiuites et paupere.
Hæc sunt itaque octo columnæ quæ regnum
iusti principis et in hoc sæculo stabiliant. atque
ad æternæ stabilitatem gloriæ perducunt.

XI Cum itaque his octo columnis regiæ potestatis
eminentia fulciatur. debeat amabilem dō rectorē
causam sui personalem. utilitatibus postponere
ecclesiasticis. ut in quantum memor est benefici
orum dī quæ illi superna gratia concessit.
In tantum benefici largitorem honoret.
Tunc uero honorare altissimum bonus princeps
cognoscitur. cum illorum qui laborant in agn



dominico tamquam magni regis dispensatorum
ad iuctor et protector efficiatur. Certum namque
est quod tanto propitius causas terreni principis
omnipotens sua pietate disponet. quanto de sua
scilicet uidelicet ecclesie causa illum sollicitum esse
uiderit. Itaque prouidus rector studeat facere
que deo sunt beneplacita. si ipse desiderat ut deus
faciat que sunt illi prospera et gloriosa. isque
diligenti cura solliciter prouideat. quatinus
sibi no dales conuentus. per singulos annos bis. uel
ter. fieri lubeat. ut quod ad uerum dei cultum
pertinet. quod ad ecclesiarum ipsius reuerentiam.
et quod ad honorem pertinere cognoscatur sacer
dotum. uel quid contra mandata domini gestum sit
In ipso reuerendo atque unanimo discutiatur
conuentu. ut quicquid beneficit actum corro
boretur. Siqua uero sunt male gesta. in melius.

Gray Scale



47
corrigan- tur. Ubi et ipsi ecclesiarum prepositi
oportet ut inuestigentur. qualiter suis ministe-
riis fungantur. uel quomodo plebem sibi commissam
tam celesti informant doctrina quam scæ con-
uersationis imbuant exemplo. quæ omnia si
cum pacis unanimitate et canonica iusticia
supraliter pertractantur. fructuosa utilitas scæ
ecclesiæ gignitur. ac reuerendi rectoris cuius beni-
uola deliberatione simul et auctoritate hæc
aguntur. magni seminarium meriti propagatur.
Nam pretiosa religiosi principis est corona scæ e-
piscoporum consilium. In quo famosissimus
magnus uidelicet constantinus imperator exul-
tans in dño gloriabatur. qui collectos ex omni-
bus fere gentibus quæ sub celo sunt quibus xpi
predicatum est euangelium uiros sacratissimos
plus quam trecentos epōs tam doctrina quam



mira culis coruscantes. propter catholica
discussionem fidei In unum. hoc est nice
num congregavit concilium. Unde ethue
usque mos xpianus Inoleuit. ut apud
omnes orthodoxos ecclesiarum principes.
sinodales fieri conuentus decernantur.
propter necessarias scē dī ecclē utilita
tes quę non nisi sinodalibus Inuestigan
concluis. atque canonicis definiti sanc
tionibus debent. Unde cautum ethumi
lem et ualde circum spectum oportet.
esse regem. ne quicquam de negotiis sede
siasticis ludicare presumat. antequam
sinodalia statuta cognoscat. Siqui
dem. ecclesiastica iudicia. ualde sunt
coram dō periculosa. nisi cum maxima
proferantur iusticia. Precipue si per



calumniosos accusatores et mendosos testes
qui innocentes sunt examinentur absen-
tes. quod est xpianitatis alienum. Unde
et illud In euangelio legitur. Numquid
lex nostra iudicat hominem nisi audierit
ab ipso prius et cognouerit quid faciat
¶ Ius itaque rector tamquam luminosa
pupilla. primo quod iustum et legitimum
est. secundum canonicas scōrum episcopo-
rum sanctiones perspicaciter attendat.
Dehinc consensum atque auctoritatis
ad mimiculum. hisque sunt uera et iusta
adhibeat. perse uero nullatenus de talibus
præ iudicium faciat. ne forte errando ante
conspectum dñi culpam aliquam detesta-
bilem incurrat. Unde uenerabilis memo-
ria ualentianus imperator. cum a scīs



episcopis rogaretur. quatinus dignaretur
ad emendationem sacri dogmatis Interesse.
Mihi Inquit cum minimus de populo sim.
fas non est talia perscrutari. Uerum sacer
dotes quibus hæc cura est. apud semetipsos
congregentur. ubi uoluerint. et hæc qui
dem dicebat imperator. tam uirtute hu
militatis præditus. quam di timore munitus.
ne forte offenderet altissimum. si suam pro
prium portionibus prætulisset sententiam.
Hoc ipsum fecit ut prædixi magnificus. et
sapientissimus imperator constantinus.
non in sua sed in scõr prudentia et sapientia
que episcoporum confidens. Hoc beatus
louianus dõ amabilis princeps. fide incon
cussa seruauit. qui dum hostis esset arianis
perfidis. atque sectator niceni decretorũ



43
concilii. ex momentanea terrestri Imperii
fastigio. deterni sibi gloriam regni comparauit.
Quid referam de duobus sacratissimis diuina
prestante gratia imperatoribus theodosius.
qui in tantum omnipotenti placuerunt.
ut regias purpuras sceptris quoque et
apicem imperatorie dignitatis diuinis
preceptis et canonicis institutis dñō in
spirante subderent. ac pium zelum erga
dī ecclesias indefessa caritate semper
haberent. Unde illos uniuersorum dñs
sublimauit in terris. et post presentis
gloriam felicitatis tamquam dilectos sibi
ministros in æternum beatificat in celis.
Sed si quis est tantorum æmulus gloriæ
principum. si quis xpīanus rector feliciter
et gloriose in hoc sæculo regnare desiderat.



et ad palmam sempiternę beatitudinis
peruenire contendit. illorum fidelissimam
erga cultum omnipotentis imitetur deuo
tionem. seque beniuolum. clementem. In
iustis destrictum. In cordis humilitate
mansuetum. In uisceribus misericordie
compotentem. In largitate munificum.
In zelo quę secundum dñm est. fulmineum
circa dī ecclesiam sollerter exhibeat.
Si in consortio supernorum ciuium. cum
scīs et iustis rectoribus regnare perenniter
procurat.

XII **O**portet autem modestum dominatorem.
pondere humilitatis et oboedientię
uirtute fieri pręditum. ut uirtutes humi
littatem uidelicet atque oboedientiam
quas ipse in subiectis diligit in seipso



64
-recognoscat. Itaq; si contigerit ut a pruden-
tibus reprehendatur. se quidem reprehen-
sibilem esse acriter doleat. Acptinus ad
poenitentiae medicamenta currere festi-
net. & quilibenter peccauerit uirgam
correctionis libenter atq; grater
accipiat. & prius quam creator manum
suam adferendum excutiat. de correc-
tione commissi sceleris summo opere studeat.
netam postmodum acrius destrictus iudex
feriat. quantum diutius & clementer ex-
pectat. pre occupet faciem dñi Inconfes-
sione. Siquis regni gubernator In abscon-
so peccauit uel publico. quomodo de scō
rege. & ppheta dauid legitur. quicum
post stuprum In bechabee. & homicidium
commissum In urian. & theum. p nathan rep.



henderetur prophetam. Non erat repre-
hensori indignatus. sed sibi met suum
recognoscens peccatum iam fuerat iratus.
& qui post culpam hilarescebat p^{ro}stratus.
seipsum p^{ro} amarā defleuit penitentiam.
Hinc lacrimis ueniam p^{ro}meruit. qui corā
d^{omi}no grauiā scelera commisit. & ex fonte
lacrimarum uenit ad manipulos gaudiorū.
sicut ipse alibi dicit. Qui seminant in
lacrimis. In exultatione metent. & c.
Sed et illud qd de gloriosi principis theo-
dosii admiranda humilitate atq po-
tentia traditur. nec p^{re}tereundum
esse uidet^{ur}. Qui cū iniustā multorū miliū
necē mediolanū ueniss^{et}. et sollēnit^{er} in sacru
uoluiss^{et} intrare templum. eis cōambrosius
huiusmodi clade plenā ualde gemitibus



45
audiens occurrit foris. Adianuas. Vngredi
entem his sermonib. A sacri liminis Incessu
phibuit. Nescis Imperator perpetrare
acte necis quanta sit magnitudo. neque
post causa tantis furoris mentis mole pre
sumptionis agnoscat. sed forte recognitionem
peccati prohibent. potestas imperii quibus
igitur oculis aspicias communis dñi templum.
quibus palpabis pedibus sem illius pauperum
quomodo manus extendes de quibus adhuc san
guis stillat. Iniustus. quomodo huiusmodi ma
nibus suscipies sem dñi corpus. qua presump
tione ore tuo poculum sanguinis pretiosi
percipies. dum furore sermonum tantus
Iniuste sit sanguis effusus. Recede igitur
recede. nescitundo peccato priorem nequi
tiam augere contendas. Suscipe unculum.



quod omnium dñs nunc ligauit. Est enim
medicina maxima sanitatis. His sermonibus
imperator obediens erat enim diuinis eruditi
onibus enutritus et aperte sciens quæ sunt
propria sacerdotum quæ regum gement et
deflent ad regalia remeant. cumque octo
mensium continua transissent tempora pro
pinquauit natiuitatis saluatoris nostri festiui
tas imperator autem lamentationibus assiduus
in palatio residens continuas lacrimas incessa
biliter expendebat. Ingressus autem rusinus
tunc magister et singularem apud principem
fiduciam habens et uidens principem in lamen
tatione prostratum accessit ut lacrimarum
causas inquireret. At ille amarissime inge
miscens et uehementius lacrimas fundens.
Tu inquit rusine ludis et mea mala non sentis.

Gray Scale



4

3

2

1

0

46
Ego autem lamento et gemo calamitatem
meam quia seruis quidem et mendicantibus.
aperta sunt templa dī. et proprium dominum
ingredientes libenter exorant. mihi uero in
gredere ad eum non est. Insuper etiam clau
sisunt caeli. Hac dicens uerba singula singul
tibus irrumpebat. quem cum idem rufinus
beato reconciliare ambrosio persuaderet
neque tamen potuit. Hac imperator in me
dia iam platea cognoscens. pergo inquit et
iustas in facie suscipio contumelias. cumque
ad sacra limina peruenisset in scām quidem
basilicam non praesumpsit intrare. sed ueniens
ad antistitem. et inueniens eum in salutorio
residentem. supplicabat ut eius uincula resol
ueret. At ille tyrannicam dicebat eius esse
praesentiam. et contra dñm uisitare theodosium.



eiusque calcare leges. Utrum imperator. non
inquit insurgo aduersus ecclesiasticas sanctiones.
neque inique Ingre di limina sacra contendo. sed
te soluere mea uincula depono. et communis
dñi pro me exorare clementiam. Nec mihi ia
nuam claudi. quam cunctis poenitentiam agen
tibus dñs noster aperuit. Tunc antistes quam
inquit poenitentiam ostendisti post tantas
iniquitates. quibus medicamentibus Incurabilia
uulnera plagasq. curasti. At imperator.
Tuum inquit opus est. & docere et medicami
na temperare. meum uero oblata suscipere.
Quibus uerbis imperatoris auditis que illi
us humilitatem atq; ipsum spontaneam
penitentis suscipere afflictionem mon
strabat. scilicet Ambrosius salutarem ei
medicinam tantorum uulnerum adpo

Gray Scale



īperatōe

suit. quę percepta magnas gratias referē
bat. Tali ergo tantaque et p̄sul et imperator
uirtute clarebant. quorum opus ualde fuit
admirabile. illius fiducia huius autem oboe
dientia. Illius zeli feruor huius fidei puritas.
Porro regulas pietatis quas a magno sacerdote
percepit. etiam reuersus Inconstantinopolitana
urbeseruauit. Nam dum festiuitatis tempore
ad ecclesiam processisset. oblati in altare
muneribus. mox egressus est. Cumque nec
tareus p̄sul ecclesię mandasset curintus
stare noluisse. mandauit princeps. uix Inquit
potui discere quę differentia sit imperatoris
et sacerdotis. uix enim ueritatis Inueni magistrū.
Ambrosium namque solum noui uocari digne
pontificem. Tantum itaque prodest Increpa
tio auro uirtutibus florente prolata. Unde




perspicuum est qm̄ decet bonos et pios rec-
tores salubres amittum. quasi spūalium
medicorum humiliter et libenter auscultare
correctiones. Testante salemone qui ait.

In auris aurea. et margaritum fulgens. qui arguit
sapientem et aurem oboedientem. Melius est
enim a sapiente corripī. quam stultorum adola-
tione decipi. Nam si nostrorum uulnera cor-
porum a medicis sananda uehementer deside-
ramus et in presentia medicorum eadem osten-
dere non erubescimus. et in dolore medicinę
spe salutis oblectamur. quanto magis de uul-
neribus et plagis animarum nostrarum nos
maiores habere curam oportet. quousque
spūalis medicus. quamuis acerrimam medelam
adhibeat. perquam spes certarū sanationis
fiat. Sicut enim scalpellus medici non ob hoc.



malus est. quod reseret uulnera. et putridas
amputet carnes. sic et correctio salubris.


XIII Non est facile hominibus uniuersas uitare
hostis insidias. Nam dum quispiam libidinis
effugerit passionem. Incurrit Inauaritiam.
qua dedinata. Inuidie fouea preparatur.
Hanc si transcendit. uicium furoris incurrit.
Et alios plurimos ponit laqueos inimicis.
quo capere possit incautos. et corporis
quidem passiones habet facile ministrantes.
ut animam possit occidere. Sed mens
diuino solatio uigilans. machinationum eius
destruit argumenta. Humana namque
natura participans theodosius prefatus
imperator. habuit passionum quoque com
munionem. iustoque furori Immensam
permiscens crudelitatem. In iustam operatus est.



passionem. quam rem narrare necessarium est.
pro utilitate legentium. Iherusalonica ciuitas ē
grandis et populosa. In qua dum fuisset orta
seditio. quidam ludicum lapidati sunt. atque
tracti. Hinc indignatus theodosius. iracundie
non refrenauit. Infirmittatem. sed iussit Inuictos
gladios super omnes euaginari. et una cum no
centibus Innocentes interire. septem milia
et enim hominum sicut fertur occisi sunt.
Non precedente ludicio sed tamquam Inmessi
bus omnes simul incisi sunt. Quam obrem
ut prę diximus beatus ambrosius pręfatum
imperatorem scō zelo succensus grauius re
darguit. ac furorem principis in rationabilem
et scelus nefandum. seuera Inuentione de
testatus fuit. Unde bonus et prudens rei
publicę gubernator



per precauat. nedum suam suorumue In-
 iuriam ulcisci supra modum disponit. irra-
 tionabilis reatum furoris Incidat. sed propri-
 am iram refrenare non negligat. et iusti fu-
 rois stimulos. affectu pietatis remoueat.
 ne forte si plus iusto desquiat In subiectos. In-
 currat rabiem leoninis ferocitatis. Unde
 scriptum est. Noli esse sicut Leo In domu-
 tua subuertens domesticos tuos. et opprimens
 subiectos tibi. Nam sicut debellare superbos.
 ita et parcere subiectis iustum et misericor-
 dem dominatorem oportet. Unde et anto-
 ninus Imperator dicebat. Malle se unum
 ciuem seruare. quam mille hostes occidere.
 In corrigendis itaque criminibus miscenda ē.
 lenitas cum seueritate. faciendum ex utraque
 temperamentum. ut neque multa asperitate



- exulcerentur subdito. neque nimia benignita-
te solvantur. Nec ulla culpa correctionis seu
vindictę habeat modum. nisi rectum præcedat
iudicium. Nec decet serenum rectorem furo-
re iracundię. quę tamquam fel est amaritu-
dinis esse perturbatum. si iustum uult profer-
re iudicium. cum nimis irascentium cęca sunt
iudicia. Non enim potest serenum lumen iusti-
tię ac ueritatis cernere. qui caligine obnubila-
tur iracundię. Opponatur itaque fortis patien-
tię clipeus. contra irrationabilis impetum furo-
ris. Nam sicut scriptum est. Melior est. pati-
ens uiro forte. et qui dominatur animo suo ex-
pugnatore urbium. Fortior est enim qui
uiolentiam et in se ipso Indusam feram superat
iracundiam. quam qui leonem perimit.
Quarta uero mala per subitaneum furorem.

Gray Scale



4


3

2

1

0

et impatientis uirtutem eueniunt. quis expli-
care potest. Rex saul furoris impetum
non restrainans. Immani scurrilia sacerdotes dñi
trucidauit. Salemon quoque quamuis
splendore sapientie fuerat illuminatus.
tamen furoris passione repletus. suum fratrem
interfici precepit pietatem tyrannidi postpo-
nens. Quid referam de reprobis iudeis. quidum
zelum sed non secundum scientiam habuerunt
In filium dñi. et scōs eius discipulos homicidę ex-
stiterunt. At patientis uirtute mansuetudinis
scs dauid predictus. etiam inimicis suis sepe pie-
tatis affectu peperit. Nonnumquam uero dñi
zelo stimulatus. inimicos dñi usque ad mortis
extremum protriuit. Decet enim dilectum dñi
principem contra hostes et blasphemos. xpiani-
zominis fulmineum frequenter habere zelū.



Nam si nabucodonosor rex alienigena ne
blasphemaretur deus israel in tantum fecit.
ut tale decretum firmaret dicens. quicum
que dixerint blasphemiam. In domum sidrac.
misaac. et abdenago. ipsi in interitum erunt.
et domus eorum in perditionem. quanto
magis orto doctores rectores. contra inimicos
christianae fidei et doctrinae. atque religio
nis zelare oportet. quatinus omnipoten
tia cuius ministri gratia sunt ordinati.
tanto magis placeant. quanto feruentius
ea quae christi sunt zelo laudabili satagere
anhelant.

XIII Sed cum boni rectores factum superbis tyrannidis
in adversarios debellare studeant. non in se
net in suorum fortitudine sed in altissimi
virtute et gratia. totam confidentiam.

Gray Scale



52
stabiliri debent. quia ipse est solus et potens
protector omnium In ipso fiducialiter
sperantium. Unde per psalmistam dñ.
Bonum est confidere In dño quam confidere
In homine. Bonum est sperare In dño quā
sperare In principibus. Et alibi. Nolite con
fidere In principibus neque In filiis homi
num In quibus non est salus. Exiet sp̄s eius
et reuertetur In terram suam. et reliqua.
Cui et ieremias concinit dicens. Dñe omnes
qui te derelinquunt confundentur. rece
dentes a te In terra scribentur. qm̄ dere
liquerunt uenam aquarum uiuentium
dñm. maledictus homo qui confidit In
homine et ponit carnem brachium suū
et a dño recedit cor eius. et reliqua.
Nullus ergo debet confidere In homine.



aut presumere de potentia quod nemo
ei possit resistere. presumebat et silurus
piscis. quod hamum nemo sibi iaceret
nemo tenderet retia et si incidisset uniuersa
disrumperet. et tamen fuscinam non
euaſit. quod si quis singulari fortitudine
excellens ob hoc singulos non timeat.

Idem multos necesse est ut caueat. Nam
qui ab uno uinci non potest interdum a
multis uincitur. Eleſans grandis est. et
occiditur. Leo foras est. et perimitur. Li
gris fortis est. et occiditur. Prudentis autem
reſtoris est. etiam metuere uel precauere
Inferiores. cum sepe ab inferioribus ſuperi
ores atque fortiores ſuperentur. quam im
manis est crocodrillus. et dentibus atque
ungibus Intolerabilis. qui tamen ab enidro



52
bestiola uentre perimitur. Monoceron
elefantem cornu perforat. formidabilis ele
fantus murem timet. Leo rex ferarum exiguo
scorpionis aculeo occiditur. Nemo itaque
In suis uiribus temere presumat. Sed neque
In suorum fortitudine ac numerositate con
fidat. Xerxes rex persarum bellum aduersus
greeciam a patre susceptum per quinquen
nium instruxit. qui uidelicet xerxes. Dcc.
milia armatorum de regno. et ccc. de au
xilii. rostratas etiam naues mille ducentas.
onerarias autem tria milia numero habuisse
narratur. Ut merito Inopinato exercitui
In mensis que classi uix ad portum flumina
uix terras ad ingressum. uix maria ad cur
sum suffecisse memoratum sit. Sed leonida
rex spartanorum. cum quatuor milibus homi




num contra mille milia armatorum eius dē.
xerxis In bellum processit ac de leus persarum
copus uictor et bello clarissimus cum suis pau-
cis pro amore deliberandis patri occubuit.
Xerxes uero bello In greca Infelicitur gesto.
contemptibilis suis factus In regia circumuen-
tus occiditur. Nam seculares glorię et in-
curuabilis superbię pedissequa est ignominia.
Hinc per prophetam dicitur. Dñs exercituum
cogitauit hoc. ut detraheret superbiam
omnis glorię. et ad ignominiam diduceret
omnes Inditos terrę. Non ergo foras glorie-
tur In fortitudine sua. nec diues In diuitiis
suis. Nam si eruca paruusque uermiculus
fortior homine est. ut quid se iactat terra
et cinis. et elata per superbiam cum ex humo
sit humana contemnit. Itaque qui gloriatur



In dño gloriatur. qui arcum potentium
 Infirmat. et infirmos robore accingit.
 Cuius adinventiones sunt ut superbi cadant.
 et humiles surgant. cui omnis potestas a patre
 data est. In celo et in terra. et omnia subiec-
 ta sunt sub pedibus eius. In quo si quis fiducia
 aliter anchoram spei fixerit. misericordia cir-
 cum dabitur sicut scriptum est. qui sperat
 In dño subleuabitur. Expectatio iustorum
 Letitia. Psalmista attestante qui ait. Speran-
 tes autem In dño misericordia circum dabit.
 Et iterum. Beatus uir cuius est nomen dñi spes
 eius. qui enim sperauit In dño et confusus est.
 Quis permansit In mandatis eius et derelictus est.
 Quis In uocauit dñm et despectus est.
 Quoniam pius et misericors dñs.


X. **V**nde si quando bellici rumores crebrescant. non




tam in armis corporalibus et fortitudine
confidendum. assidue ad dñm orationibus est
insistendum. diquesunt imploranda suffra-
gia. cuius in manibus consistit. salus pax.
atque uictoria. qui si pia deuotione Inuoca-
tus fuerit. numquam se inuocantes deserit.
sed eisdem misericorditer adiutor Inopor-
tunitatibus adstipit. Nam cum suorum elec-
torum manus et uoces ad patrem misericor-
diarum eleuantur. hostium ferocitas adhibi-
latur. ac non numquam hostibus subitanea
ignominia. mortisque fouea. piis uero Inopina
uictoria disponitur. Dum pii uiam desperate
salutis. Impii autem decipulam Inesperate mor-
tis Intraunt. Sed quod dicimus. euentibus
exemplis nos approbemus. Moyses legislator
cum manus suas Inoratione eleuabat ad dñm.




uincebat israhel. cum autem paululum
manus remittebat. uincebat amalec. Sic
et rege iezechia. non corporalibus armis pug-
nante. sed cum lacrimis exorante. angelus
dñi centum octoginta quinque milia asyri-
orum una nocte Interfecit. Josaphat
rex laudes dño personabat. et dñs pro lau-
dante hostes superabat. Ita ut uerteret
Insidias hostium Insemetipsos. et motus cade-
rent uulneribus. Israhelitis uero Ingentem
predam despoliis occisorum tollentes. ita onusti
sunt. ut omnia portare non possent. nec per
tres dies spolia auferre pro prædæ magnitudine.
Quid referam de machabeis. qui diuino freti
adiutorio sepe uictores fuerunt. Unde et
iudas ille famosissimus. atque Inbellis dñi
Inuictissimus ad plebem formidantem ac dice-



tem quomodo poterimus pauci pugnare
ad multitudinem tantam, et tam fortem
et nos fatigatusumus ieiunio hodie. Respon
dit. Facile est. concludi multos in manus
paucorum. et non est differentia. In conspec
tu dī celi liberare. In multos et in paucis. quia
non in multitudine exercitus uictoria belli.
sed de celo fortitudo est. ipsi ueniunt ad nos
in multitudine confirmati et superba. ut
disperdant nos. et uxores nostras et filios nostros.
et ut spolient nos. Nos uero pugnemus pro
animabus nostris et legibus nostris et ipse dñs
conteret eos ante faciem uestram. Uos autem
notimueritis eos. sicque irrumpens in hostes. con
trahit eos et uictoriam accipit de inimicissuis.
Nec solum in ueteri testamento hæc facta sunt.
sed etiam in nouo his similia contigerunt.



56
Unde historis tradunt. quod constanti-
nus imperator cruce xpi pro vexillo utens.
uniuersos hostes suos superauerit. Similiter
et theodosius augustus magis orando quam
bellando. quosdam tyrannos. eorumque
exercitus prostravit. Cui dñs tempestatem.
fulgora. et tonitrua In auxilium contra
aduersarios misit. et eos uindicta celesti
protrivit. De quo quidam eleganter sic ait.
O nimium dilecte dō tibi militat ether.
Et coniuerti ueniunt ad classica uenti.
Quid autem mirum si per magna elementa
magnus dñs magnalia operetur. Cum etiam
In minutis uolatilibus stupenda miracula.
ipse facere praedicetur. Ecclesiastica namque
refert historia. quod tempore constantii
imperatoris rex persarum saporis nomine




nisiben ciuitatem quam quidam antiochi-
am migdoniam uocant. multis cum milibus
obsidebat. Cuius urbis epi atque rector et
dux erat scs iacobus apostolicis gratias multis
illustratus. Per idem ergo tempus effrem uir
mirabilis et conscriptor egregius apud siros
sacratissimo iacobo supplicabat ut ueniret
ad murum et uidens barbaros maledictionis la-
cula contra eos emitteret. Flexus ergo uenerabi-
lis homo ascendit in murum. et cum milia milium videret
exercitus aliam maledictionem eis non petiit nisi
scinifes et culices. ut per parua animalia super-
nam uirtutem potuisset agnoscere. Orationem
uero secutus sunt nebulę sciniforum et culicum
et elefantorum. quidem promiscuas cum sint
causę equorum uero aliorumque lumentorum
aures simul & nares impleunt. At illi ferre uim



paruorum animalium non ualentes sessores
suos ductoresque excussos doris proiecerunt
et disruptas acies confuderunt. Exercitumq;
relinquentes summo impetu fugiebant.


Hoc modo territus imperator paruam clemen
tem correptionem in se cognoscens factam.
ad dō habentem pro uidentiam animarum
eum pie colentium. suum exinde reduxit
exercitum. Confusionem non uictoriam ex
illa obsidione percipiens. legimus et alios
scōs uiros. quos contigit aliquando cum
xp̄iano populo in expeditione exercitus esse
magis oratione contra hostes quam armis
se secularibus pugnare. quomodo sc̄s germa
nus autem sidiorensis ep̄s fecisse legitur. qui
cum beato lupo ep̄o treuasens̄ ciuitatis in
britanniam ad extirpandam pelagianam



heresim missus fuerat. quo tempore necessi-
tas belli britonibus contra pictos et saxonos
imminebat. quia picti et saxonos confiden-
tes in multitudine exercitus sui britones op-
primere disponebant. quos eadem necessi-
tas in castra contraxerat. et cum trepidi par-
tes suas in partes ludicarent. scōrum an-
tistitum auxilium petierunt. itaque a
postolicis duabus xp̄c militabat in castris.
Aderant etiam quadragessimę uenerabiles
dies quos religiosiores reddebat presentia
sacerdotum. In tantum ut cotidianis predi-
cationibus in stituta certatim populi ad
gratiam baptismatis conuolarent. Nam
maxima exercitus multitudo undam lauacri
salutaris expetit. ecclesia ad diem resurrec-
tionis dominicę frondibus contexta com



57
ponitur. et que In expeditione campestri. Instar
ciuitatis aptatur. Madidus baptis mate pro
cedit exercitus. fides feruet In populo. et
contempto armorum p^{re}sidio. diuinita
tis expectatur auxilium. tunc germanus
ducem se p^{re}lii profitetur. elegit expecti
tos. et eregione qua hostium sperabatur
aduentus. Vallo circum data medius mon
tibus intuetur. quo in loco prouum compo
nit exercitum ipse dux agminis. Et iam
aderat feroxe hostiu multitudo. quam cu
ad p^{ro}p^{ri}um quare Intuerent. Insidius consti
tuti. tunc subito germanus signifer
iunuer sos ad monet & p^{re}dicat. ut uocis
uno clamore respondeant. securisque hostib;
qui se In speratos adesse considerent. att
iam tertio repetitam sacerdotes exclamabant.




Sequitur una uox omnium. et elatum cla-
morem reperculso aere montium conclusa
multiplicant. Hostile agmen terrore pro-
sternitur. & super se non solum rupes circum-
datus. sed etiam ipsam celi machinam con-
tremescunt. Trepidationi que iniectis
uix sufficere pedum pernicietas credebatur.
passim fugiunt. arma proiciunt. gaudentes
uel nuda corpora eripuisse discrimini. Plu-
res etiam timore precipites. flumen quod
transierunt deuorant. ultionem suam In-
nocens exercitus intuetur. & uictoris con-
cessis. otiosus spectator efficitur. spolia col-
liguntur exposita. et celestis palmarum gau-
dia miles religiosus amplectitur. Inum-
phant pontifices. hostibus fusis sine sangui-
ne. Inumphant uictoria. fide obienta non ui-

Gray Scale



rib. His itaq. & talib. exemplis euidenter
ostenditur. quod magis homines sanctis oru-
tionib. ac diuino auxilio. quam armis secularib.
a periculo mortis protegantur. Unde autem
solatia presentis uitę. et defensio contra uniuersa
pericula. & uictoria de hostibus maxime
querenda sit ipse dñs In ueteri lege. priorem
populum Instruens. ita ostendit dicens. Si in
pręceptis meis ambulaueritis & mandata mea
custodieritis. & feceritis ea dabo uobis pluuiam
In temporibus suis. et terra gignet fructum
suum & pomis arbores replebuntur. adprehen-
det messum trituram uindemiam. & uindemi-
a occupabit sementem. & comedetis panem
uestrum In saturitate. & absque pauore ha-
bitatis In terra ur̃a. dabo pacem. In finibus
uestris dormietis. & non erit qui exterreat.




Non auferam malas bestias & gladius non tran-
sibit terminos uestros. persequemini in-
micos uestros & corruent coram uobis. per-
sequentur quinque de uestris centum alie-
nos. & centum ex uobis decem milia.

Cadent inimici uiri In conspectu uro gla-
dio. respiciam uos. & crescere faciam.
multiplicabimini & firmabo pactum
meum uobiscum. Ponam tabernaculum
meum in medioum & non abiciat uos
anima mea. ambulabo inter uos &
ero uester ds uosq. eritis populus ms.
ero dns ds ur̃. Quod si non audieritis
me nec feceritis omnia mandata mea
si preueritis leges meas & iudicia mea
contempseritis ut non faciat se que
ame constituta sunt. & ad irritum p̃

Gray Scale



58
ducatis pactum meum. ego quoque hæc faciam
uobis; Visitationo uos uelociter in egestate
et ardore qui conficiat oculos uros & con-
sumat animas uras. frustra seretis sementem
que ab hostibus deuorabitur. Non am faciem
meam contra uos. & corruetis coram hostibus
uris & subiecui mini his qui oderunt uos.
Fugietis nemine persequente quod sine sic uolu-
eritis recipere disciplinam. sed ambulaueritis ex ad-
uerso mihi. ego quoque contra uos aduersus in-
cedam. Et percussam uos septies. propter peccata
uestra. Inducamque super uos gladium ultorem
foederis mei. Cumque confugeritis in urbes mit-
tam pestilentiam in medium uris. & trademini in
hostium manus. & reliqua. Hæc ergo licet pri-
ori populo. qui terrena bona ambiebat per legis-
latorem dicta sint. tamen xpianonunc populo



conuenienter aptari possunt. Cui ad nō suo.
In presenti necessitate consultur. & in super
bona futura. In celis promittuntur. Huic
ergo optime conuenit. ut mandata dñi sui
seruet & totam spem suam In eo constituat.
qui potens est ab omnibus aduersis In espe
rantes eripere. atque ad prosperitatis euen
tum & hic & in futuro suos electos transferre.

XVI **A**t uero si bene regnantibus & precepta dī custo
dientibus aliqua In hoc mundo aduersa conti
gerint. nec mox debent contristari a beo refu
gere. atque de eius auxilio desperare. sed
fiducialiter agere. ac de dī bonitate pleniter
confidere. Si quidem hæc transitoria uita est
lutta temptatio tota In qua plus Interdum
nocent prospera quam aduersa. quia dī electos
prospera deiciunt. Aduersa uero erudiunt.



Ut enim sapientes perhibent. quinque
temporum uarietatibus regnum terrenum
consistit. Nam primum tempus laboris est.
quando per fragores hostium & bella conten
ditur. Secundum uero quando ipsum regnum
suis Incrementis & luna usque ad plenitu
dinem tendit. Tertium tempus est ipsius ple
nitudinis quando undique ab omnibus non
offenditur. sed in plenitudine glorie sue tam
quam pleni lune claritas nobilitatur. Quar
tum tempus est In quo ipsius regni sublimi
tas Instar lune decrescere Incipit.

Porro quintum quod est nouissimum tem
pus est colluctationis & contradictionis
quando rei publice quasi turris syloa sum
ma corrumpitur. Ac nullus ad ipsam rem publicā
stabiliendam quicquam boni facere uult.




Unde colligendum est quam mobilis et
quam uariabilis sit terreni regni gloria
que numquam In eodem statu perseuerat.
sed sicut Luna ut per momenta crescit In pro
spens ita & decrescit In aduersis. At uero
gloria sine mutabilitate nequaquam Inter
restri sed In celesti regno Inuenitur. In momen
tanea enim huius seculi potestate & confusa
rerum transibulum In constantia quomodo
sepe ex procellis aduersitatum serenitas red
ditur. Ita rursus In procellas serena mutan
tur Ita que si aliqua contigerint aduersa
qui pro uidus est rei publice gubernator
nec statim talibus tempestatum turbini
bus Infringatur. sed e contra ualida men
tis formidine In dño confortetur. Atque
omnipotentis gratias In aduersis referat.

Gray Scale




64
qui in prosperis successibus de dñi sui clemen-
tia grates agebat. Parum est enim quando In-
dī beneficis quę nobis accedunt gratulamur.
Nam & hoc gentilis facit. & iudeus & publica-
nus & ethnicus. Xpi anorū propria uirtus est.
etiam In his quę aduersa putantur referre
gratias creatori. ut in dī preconium mens leta
prorumpat. Dicamusq; nudus exiui de utero
matris meę nudus & redeam. sicut placuit
dño ita factum est. Sit nomen dñi benedic-
tum. Quotiens enim aliqua tribulatio In mun-
do euenit. qui boni sunt uelut uasa scā.
gratias agunt dō. qui eos castigare dignatur.
illi uero qui sunt superbi uel luxuriosi. uel
cupidi blasphemant contra dñm & murmu-
rant dicentes. O dñs quid tantum mali feci-
mus ut talia patiamur. At uero de bonis



tribulatis. ita In iob legitur. Beatus homo
qui corripitur ad dñō In crepationem ergo dñi
nō reprobet. quia ipse uulnerat & medetur.
Percutit & manus eius sanabunt. Nam fomen-
tis. lenibus qui bus nos dñs sepe consolatur. sepe
etiam mordacissimum medicamentum tribula-
tionis adiungit. & quasi dementissimus medicus
In cipere cupiens putridas carnes. & cariosa uul-
nera ad urendū cauterio. non parcat. ut parcat.
nec misereatur ut magis misereatur. Inter-
dum uero. plus nobis utilia sunt bella. & que-
libet aduersa quam pax. & otium. quia pax
delicatos & remissos facit ac timidos. porro bel-
lum & mentem acuit. & presentia. quasi tran-
seuntia contemnere persuadet. ac sepe su-
perna disponente gratia dulcissimos fructus
maioris pacis. & concordie pro generat.

Gray Scale



Unde & constantinus imperator. Si auior
inquit sunt. amicis post inimicorum
causas ad concordiam restitutus

Quisquis uero bonus & iustus rector spūales &
carnales hostes necnon quolibet aduersa uel
eua dere uel triumphaliter uincere desiderat
arma mentis spūalibus munitus atq; ornatus
fiat. Iuxta apostolum. Indutus lorica iusti-
cie. Galea sper. Necnon clipeo fidei protectus
ac diuini sermonis gladio coruscus emineat

Hic enim & talibus armis scōs atq; clarissimos terrarū
reges fuisse munitos & superasse aduersarios &
ampla tropæa de hostibus retulisse atq; Inclita
regna diu & feliciter gubernasse. Multis scrip-
turarū in locis sepiissime legimus quomodo
scs dauid et alios causa breuitatis omitam
armis spūalib; pręditus quia dñm uerum toto





corde timebat & amabat. multa euaserat
pericula atque hostes dñi digna sepe pertu-
lit ultione.


XVII **Q**ui bonus est princeps multis uirtutum pręco-
nis adornatur. maxime uero clementia.
mansuetudine animę tranquillitate. Numquā
recipiens tempestatem. sed pacis concordiam quan-
tum fieri potest. semper amplexans non solum
erga suos. sed etiam circa inimicos quos exemplo
patientię atque clementię pium & magnani-
mum rectorem uincere oportet testante psal-
mista qui ait. Cum his qui oderunt pacem
eram pacificus. Prudens itaq; dominator per
pacis connexionem studeat semper amplificare.
ordinare atq; gubernare imperium. Cum
pax sit omnium rerum tranquillitas ordinis
& connexio & incrementum regię potestatis.





Gray Scale















Staats- und
Universitätsbibliothek Bremen



Staats- und
Universitätsbibliothek Bremen



Staats- und
Universitätsbibliothek Bremen